

- 23 Delegatus à Papa potest intra annum suam sententiam exequi, non tamen annullare.
- 24 Delegatus ad vniuersitatem causarum, potest de nullitate sue sententiae cognoscere. & n. 25.
- 26 Delegatus ad vniuersitatem causarum equiparatur ordinario.
- 27 Auditor generalis Camera Apostolica, vbi gubernator, Vicarius, Senatus, Marefcalus, & Auditor contradiclarum, qui in Romana curia pro ordinariis iudicibus reputantur, suas sententias nullas reuocare & ex integro pronuntiare poterunt, vt bñ.
- 28 Delegatus, qui iudicauit contra formam mandati, iudicare iterum potest.
- 29 Delegatus, iudicans contra formam mandati, ab iurisdictione potestare.
- 30 Delegatus, qui nulliter iudicauit per errorem facti, an cognoscere possit de nullitate sue sententiae, & atque eam reuocare? & n. seqq.
- 31 Arbitrarius postquam laudatus, iunctus est officio suo, siue bene siue male, etiamsi per errorem pronuntiauerit.
- 32 Arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum.
- 33 Delegatus datus ad conferendum beneficium, nulliter conferens, potest iterum conferre.
- 34 Delegatus an possit restitutionem in integrum concedere aduersus suam sententiam diffinitiuam, consilio de latione, & n. seq. praeipue n. 37.
- 35 Delegatus à Principe potest restitutionem in integrum concedere aduersus suam sententiam.
- 36 Minor lapsus per sententiam, potest à iudice contra eam restitutionem petere.
- 37 Aduersus sententiam eius, qui vice Principis cognouit, solum Princeps restituit.
- 38 Si C. vbi & apud quem, procedit in restitutione petita coram iudice delegato aduersus suam sententiam interloquutoriam, quam concedere potest, si non habeat vim diffinitiuam: alias secus.
- 39 Iurisdicção iudicis delegati à Principe durat post sententiam intra annum, quoad executionem ipsius sententiae, non vero quoad restitutionem contra eam concedendam.
- 40 L. fin. tit. 25. p. 3. intelligi debet de ordinario iudice, de quo ipsa lex agit, nempe vt in restitutionem in integrum aduersus suam sententiam diffinitiuam concedere possit, non vero in iudice delegato.

CAPVT II.

An iudex delegatus possit cognoscere de nullitate suae sententiae diffinitivae vel restitutionem in integrum aduersus eam concedere?

Quamuis iudex & ordinarius iterum iudicare possit, si sententia diffinitiva, quam primo protulit, nulla sit, iuxta gl. fin. in fin. in l. iudex postquam ff. de re iudic. vbi Bart. & Alex. n. 20. text. in l. 4. C. de accusat. & ibi gl. fin. ad fi. l. si preses. & in l. si vt proponis, la. 2. C. quomodo. & quando iudex. Bart. in l. si expressim, n. 14. de appell. Alex. in rubr. ff. de offic. eius, cui mand. est iuris d. n. 15. Felin. in c. qualiter & quando, el. 2. n. 37. de accusat. late Dec. in c. in literis, n. 6. de offic. deleg. Rip. in l. quod iussit, n. 62. ff. de re iudicata. Vanus in tract. de nullit. in tit. coram quo nullitas proponi possit, n. 9. & in tit. de nullit. sentent. ex defectu iuris d. ordin. n. 14. versic. fallit in ordinario, Tirag. in l. bono, §. hoc sermone, in l. limitat. n. 40. ff. de verb. signifi. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. n. 67. m. 2. hoc tamen intelligendum est, quoties ego vo. lo petere principaliter quod iterum causa decidat ar. & sic quoties questio nullitatis venit incidens, quia tunc ipse idem iudex debet adiri, vt in d. l. 4. cum finit. C. de

accusat. secus si simpliciter dicam sententiam nullam, sicut in d. l. expressim, quia tunc possum petere, vel coram iudice primo, vel coram superiore: Ita distinguit Bart. in d. l. iudex postquam, n. 4. & in d. l. si expressim, numer. 1. 4. & est communis distinctio, secundum Vanium vbi supra, n. 8. qui etiam videndus est in num. 10. & est magis communiter recepta haec distinctio, vt restator alios allegans Menoch. vbi supra, num. 8. quicquid ipse n. 12. & 13. pungat contra communem. Illud tamen, quod praediximus in 2. casu, superiorem adiri posse super nullitate, intelligendum est in eo superiore, qui non habet limitatam potestatem, vt habet Archiepiscopus, qui sine appellatione adiri non potest, & sic in similibus: Si enim eam limitatam habeat oportet tunc, cum agitur de nullitate, simul appellare, hoc modo, nempe: *Dico sententiam nullam, & si qua est, appello*; alias secus, e. Romanas, in princ. de foro comper. lib. 6. ita Persinus in cap. dilecto, questio. 27. de appellat. Felin. & Dec. in d. l. cap. in literis, & ita magis communiter concluditur secundum Vanium vbi supra, n. 20. Hoc tamen sub. 4. intelligendum est, vt procedat, quando dicitur sententia nulla, & simpliciter appellatur, secus si referatur nullitas, tunc enim neque de nullitate sententiae, neque super causa principali iustitia vel iniustitia causae iudex superior pronuntiare vel cognoscere potest, sed tantum pronuntiare, superuacuae & frustratoriae fuisse appellatum, vt bene probat alios allegans Alex. conf. 9. n. 8. cum sequent. lib. 4. Dec. in c. dilecto, n. 5. de appellat. Quare tamen appellans non dicat, *Appello, saluo iure nullitatis*, neque hoc sibi obiciatur referuisse nullitatem, sed dicat, *No sciendo aliquo modo que in se in nunguo*: Quamuis & in hunc sensum interpretari queant verba illa: *Saluo iure nullitatis*, secundum tacitam mentem ea proferentis, nempe vt voluerit intelligere ne per appellationem videatur consentire nullitati sententiae vel actorum, vt sustineatur appellatio: Natura tamen dictionis, *Saluo*, est modificare & restringere praecedentiam, iuxta gl. in litem Labeo, §. sed si pure, ff. famul. herede, und. verb. si pure, gloss. per text. ibi in l. si debitor, §. 1. ff. quibus modis pignus vel hypothec. soluitur, sequitur plures allegans Beccius consil. 74. num. 14. lib. 1. Iudex tamen nullitatis ordinarius siue superior, iuxta praecedentem distinctionem, non solum poterit iuxta nullitatem pronuntiare, sed etiam super causa principali, reformando sententiam diffinitiuam, & sic super iustitia vel iniustitia causae, vt tenet Bart. in d. l. si expressim, n. 14. sequitur Alex. conf. 118. n. 4. lib. 6. & haec est communis & magis communis sententia, secundum eundem Alex. conf. 79. num. 2. & 5. lib. 2. sequitur Dec. in d. c. dilecto, n. 5. & plures allegans Vanus vbi supra num. 12. Didac. Perez in l. 2. tit. 15. lib. 3. ordinamen. col. 1275. in fine, & in princip. colum. seq.

Haec tamen licet ita se habeant recteque procedant in iudice ordinario, iudex tamen delegatus non potest cognoscere de nullitate suae sententiae diffinitivae, quia per pronuntiationem ipsius extinguitur iurisdicção delegata, vt in l. si vt proponis, la. 1. C. quomodo & quando iudex, iuncta gl. in l. si vt proponis, ibi, vbi Bart. Bald. & alij idem probat Innocent. in d. l. cap. in literis, de officio delegat. vbi ceteri omnes antiqui & moderni, praecipue Felin. numero primo & sequentibus, Decius numer. 5. Alex. in d. l. dilecto, l. iudex postquam, numero 12. tenet Rota in nouis decisio. 341. incip. dubitatur iterum, Vanus vbi supra num. 14. Rip. in d. l. leg. quod iussit, num. 63. ff. de re iudic. Tiraguel. & Menoch. vbi supra num. 21. Reginus consil. 142. n. 1. lib. 4. Quae sententia tamen probatur in d. l. leg. si vt proponis, ibi enim iudex delegatus protulit sententiam nullam, die nempe feriat & altera partium absente non citata, & inquit textus, non iuramento praesidem denuo negotium alterius iudicis notioi

notioni terminandum commisit. Recte igitur consequitur, iurisdictionem ipsius delegati, qui sententiam nullam tulit expirasse ob hoc, quandoquidem ideo merito alteri iudici causa committitur; alias enim ipsemet, si iurisdicção sua delegata non expirasset, posset de eadem causa & sententia nullitate cognoscere, sicut ordinarius; sed cum in delegato per pronuntiationem sententiae diffinitivae, etiam nulla, expiret iurisdicção, merito vt ipse hoc non possit, sed alia causa committenda sit, vt in d. l. si vt proponis, cuius hic est communis intellectus, secundum Abb. in d. l. cap. in literis, num. 4. & ibi Decius numer. 5. quem etiam tenet Dynus in regula quod semel, de regul. iur. lib. 6. quamuis eius additio ibi, & Decius vbi supra velint contrarium, respondendo textui in d. l. si vt proponis, nempe, quod prolatio sententiae iniusta ibi à delegato facta, fuit iusta causa, quod alteri causa committeretur, & propter hoc primus iudex non habet vltimus potestatem iudicandi, l. iudicium soluitur, ff. de iudic. Sed si non fuisset facta reuocatio, non dicitur ibi quod iterum iudex delegatus non possit iudicare: Nihilominus tamen communis intellectus praefatus verus est & tenendus. Quandoquidem si iurisdicção delegati non expirasset per sententiam diffinitiuam, etiam nullam, non esset opus noua commissione, si ipse quidem posset iterum de causa cognoscere: & quamuis hoc expresse ibi non caueatur, tamen innotuit: Quare communis haec sententia & differentia inter iudicem ordinarium & delegatum receptissima est per omnes vtriusque iuris proficuos, ac proinde temerarium esset aduersus eam tenere in iudicando & consulendo.

10 Nec contra seam obstat text. in d. l. iudex postquam, ff. de re iudic. dum generaliter loquens, inquit: *Iudex postquam dixit sententiam, iudex esse desinit*, hoc iure vitium, vt iudex, qui semel vel pluries, vel minoris condemnauit, amplius corrigere suam sententiam non possit, semel enim, male se bene, iudicium est officio videtur enim ex hoc tam in iudice legato, quam in ordinario probare extingui iurisdictionem ipsius per pronuntiationem sententiae diffinitivae: intelligere enim praed. l. in iudice delegato, esset diuinare, cum neque verbum vnum in ea de delegato habeatur: quare verius eam intelligere videtur Bartol. ibi num. 3. in iudice ordinario, cum de iudice simpliciter loquatur, & iteo de ordinario in dubio, tanquam in potentiori significatio, intelligi debet, iuxta doctrinam Federic. de Senis consil. 105. quem sequitur Corraf. & Dec. eoque referens Menoch. vbi supra num. 33.

11 Non obstat tamen in ordinario intellecta, communi resolutioni ac differentiae supra traditae, quia ipsa lex non loquitur de sententia nulliter lata, sed de aequa vel iniqua, hoc est contra ius patris, quem sensum verba illius text. suadent, illa nempe: *Semel enim male siue bene, iunctus est officio suo*, quia tamen dicitio, *Bene*, idem significat, quod dicitio, *Recte*, vt docet Bald. in l. eos, columna 2. vers. & n. 4. quoad aduerbium, Bene, C. de appell. quem sequitur Iason in l. litta, n. 16. ff. si cert. per. & in leg. iuste possidet, numero 8. ff. de acquirend. possessione. Sed dicitio, *Recte*, non solemnitatem, sed ius partis ostendit, l. non putauit, §. non quauis, ff. de honorum possessione contra tabul. l. 2. & ibi gloss. ff. de inoff. testamento, haec namque differentia est inter dictiones: *Recte* & *Recte*, rite enim ad solemnitatem referuntur, *recte* vero ad iustitiam, vt supra cap. praecedenti num. 78. late deduximus. Cum ergo iuste textus dicat male, intelligitur non nulliter, sed iniuste, & sic contra ius partis latam fuisse sententiam: Metito ergo si ordinarius non sit amplius iudex, sententiam suam corrigere non valeat, quia causa per appellationem deuoluitur ad superiorem, leg. eos in principio, C. de appellat. Praeterea conducunt ad hunc sen-

sum verba alia eiusdem l. iudex, postquam ea nempe; *Amplius corrigere solemnitatem suam non possit*, quia corrigere est idem t quod emendare: ac emendare nihil aliud est, quam actum in se validum in aliqua parte rescere, substantia ipsa permanente, vt post Bartol. docuit Dec. in l. edita, num. 19. & 20. C. de edendo. Textus igitur ille, cum ascendo corrigere non possit, praesupponit actum sui natura validum; & ita cum nouiter & bene intellexit Menoch. vbi supra num. 24. & 25. Non ergo ille textus sic intellectus nocet receptissimae differentiae supra adductae; Quandoquidem illa loquitur, quando sententia est nulla: text. vero in d. l. iudex postquam, in sententia valida, iusta vel iniusta, quam amplius iudex, etiam ordinarius, corrigere vel emendare non potest, addendo vel minuendo.

Ampliatum primo tamen communis sententia loquens in delegato, vt procedat etiam in Auditoribus Apostolicis sacri Palatii Rotae; Hi enim quamuis in cognoscendo habeant ordinariam potestatem, in pronuntiando tamen & definiendo habent delegatam, & ideo suas sententias definitiuas, etiam nulliter prolatas poterunt reuocare neque reformare, ad instar delegatorum, provt tenent ipsemet Reuertend. patres domini Auditores d. decis. 341. in nouis, referet & sequitur Ripa in d. l. quod iussit, n. 63. Cassiodor. decis. 5. de Rescript. n. 3. Vanus alia adducens, vbi supra n. 15. estque sine dubio: & ideo quotidie in Romana curia fiunt commissiones & rescripta, quibus datur illis exercitium iurisdictionis habitum competentis, vt in decis. 429. in causa beneficali, & decis. sequenti, circa finem, in nouis, quas adducit Vanus vbi supra.

Secunda eadem tamen communis sententia extenditur, 16 vt procedat etiam quoad solemnitatem declarationem, quam delegatus ipse non potest facere, sed solus delegatus, ex verbis tamen delegati, vt tradunt DD. in cap. ex part. 3. de verborum significatione. & late Alciatus responsio 439. in fin. qui ita respondit Senatoribus Mediolanensibus, qui quoad causas sibi commisi fias delegati dicuntur, provt referet & sequitur Menoch. vbi supra, num. 26.

Tertio tamen ampliatum, vt etiam non possit amplius ex iura delegatione de eadem re iudicare iudex delegatus praefatus, iuxta glo. & Bald. in l. 1. de iudicibus ex periculo recitandis, & Felin. in c. ad haec, col. 1. in fi. de appell. hoc tamen verum est & procedit ex noua delegatione inferioris à Principe; secus vero ex delegatione superioris Principis, qui potest delegare causam etiam iudici à quo, iuxta gl. in eos, C. de appellat. Ripa in d. l. quod iussit, n. 6. ff. de re iudicata.

Quarto & ultimo ampliatum potest praefata magis communis sententia in delegato Principis ad vnā tantum causam. Quod primo probatur ex generalitate d. l. si vt proponis. Secundo, quia non reperitur iure cautum, aliud specialiter esse indultum delegato Principis: Quare hanc sententiam recte probatur Bald. in d. l. si vt proponis, Imol. & Ripa in d. l. quod iussit, n. 6. vbi restatur, esse communem sententiam & veram, quicquid dicat Angel. quam etiam tenet Rota d. decisio. 341. sequitur Felin. in d. l. c. in literis, num. 1. & ibi Dec. n. 5. restatur communem: sequitur Felin. in d. cap. qualiter & quando, num. 49. de accusat. Maranus de ordine iudiciorum, ap. part. 5. distinction. n. 4. Alex. in rubrica n. 5. & sequentibus, ff. de officio eius, cui mand. est iurisdicção, vbi eam latissime probat, & Lanfranc. in c. quoniam contra, in parte. Interlocutoria, n. 54. cum seqq. de probat. glo. & Alex. in d. l. iudex postquam, n. 12. Fel. in cap. cum cessante, n. 1. de appellat. decisio Capella Tholosana 38. & ibi Ausfrerius est communis secundum Boer. q. 6. n. 6. & magis communis secundum Menoch. vbi supra num. 28. alios allegantem.

19 Sed contra hanc ampliationem facit, quia delegatus à Principe, ordinario æquiparatur, ac proinde delegare alteri potest, sicut ordinarius. *l. à iudice, de iudic. & ibi DD. c. postorialis, in princ. de officio deleg. cum siml. & est maior ordinario in causa sibi commissa: cap. sane, de officio delegat. Nec t̄ obstat d. l. si vi proponis, quia ipsa loquitur in delegato inferioris à principe, vt patet ibi. Non immerito præter denuo negotium terminandum commisit. Dicitio t̄ enim, Denuo, causam iam semel commissam fuisse insinuat: quia idem est, quod dictio, iterum, glos. in l. i. c. de advocat. diuersi iudic. & in l. cum prior, c. de distractione pignorum, & sic à præside, non à Principe fuit ibi causa primo commissa. Nec dictio Denuo, ad verbum terminandum inferri oportet, vt sit sensus, præsidem commississe negotium iterum terminandum, quod Princeps semel prius commiserat: Hoc namque stare non potest: Quia t̄ postquam semel causa coram Principe tractari cepit, illius manus non egreditur, sique in ea inferior intromittere se non potest, nisi ex Principis commissione, c. v. nostrum, de appell. c. studii. sic licet, de officio delegat. Dec. consil. 137. Inson consil. 9 & 20. in fine, lib. 4. Aciat. responsio. 410 n. 1. Albanus consil. 78. num. 1. Menoch. vbi supra num. 30. qui ita post Bellon. quem refert, respondet ad leg. si vi proponis. Non obstat etiam, quod non reperitur in iure cautum, vt delegatus à Principe possit cognoscere de nullitate sententiæ diffinitivæ, quia ius hoc argumentum potest retorqueri, quia non reperitur iure cautum, quod sit functus officio suo; Quo fit, vt hanc sententiam aduersus communem præcedentem sequatur Angel. in l. iudex posteaquam, circa fin. de re iudic. quem sequitur Dec. in d. c. in litteris, n. 5. & Bellon. lib. 3. supputat. iur. c. 18. & eam esse, æquam & maiori benignitate fulciri affirmat. Boer. d. g. 6. n. 6. qui n. 1. cum segg. refert plura arrepta secundum eam lata, quem refert & cum eo transit Vantius vbi supra n. 14. in fin. & esse vetiore eam sequutus testatur Menoch. vbi supra n. 30. Sed nihilominus magis communis sententia est in contrarij, vt vidimus quæ est tenenda, tanquam vetior & communior, & satis probatur ex regula cõmuni, generali atq; ex ipsius mente, quæ habet, vt delegatus non possit cognoscere de nullitate suæ sententiæ, quia expirauit sua iurisdictio. Eadẽ namq; ratio militat in hac specie, in delegato à Principe ad vnã tantum causam, quæ in alio delegato ab inferiore; In vtroq; siquidem extinguitur iurisdictio delegata per prolationem sententiæ: Differentia enim nulla ratio assignari potest, præterquam t̄ quoad executionem suæ sententiæ infra annum in delegato à Papavt in c. querenti, de offic. deleg. non veto ad eam impugnandam vel retractandam, secundum Paul. Caltr. ita intelligentem d. c. querenti, in l. aduersus, n. 1. c. si aduersus sententiam, cum vtrq; sit iudex particularis vnius tantum causæ, & ideo merito amplius in ea se intromittere non potest: Si enim t̄ esset delegatus ad vniuersitatem causarum, tunc recte id facere posset, vt notant Aufferius & Marant. vbi supra. Quinimo & delegatus ab alio, quam à Principe ad vniuersitatem causarum, id poterit, vt infra dicemus. Neq; quod delegatus à Principe, sicut ordinarius subdelegare possit, nobis obest in proposito; Id siquidem est à iure expressum, non veto ob id, idem in nostra specie inferri potest, cum sit diuersa, in qua non reperitur expressum, quod Angel. & sequaces volunt, sed potius contrarium simpliciter & in genere. Et quamuis in casu dicit. l. si vi proponis, fateamur, delegatum illum fuisse à præside, non veto à Principe constitutum, nihilominus tamen communis sententia indistincte loquitur & habet, vt delegatus non possit cognoscere de nullitate sententiæ diffinitivæ ex defectu iurisdictionis, quæ per prolationem sententiæ fuit extincta. Denique magis communis sen-*

tentia ex eo verior redditur atq; contraria excludi debet, quod Auditores Rotæ, & quamuis in cognoscendo habeant potestatem ordinariam, quia tamen in definiendo habent delegatam, non possunt reuocare suas sententias diffinitivas, etiam nulliter prolatas, vt diximus; in prima ampliatione, Et tamen sunt delegati à Principe: Ergo à fortiori nec alij delegati.

Primo, communis t̄ præfata sententia, quæ habet, 25 quod delegatus non possit cognoscere de nullitate suæ sententiæ, fallit in delegato ad vniuersitatem causarum; Is enim cum non definat esse iudex, quod vniuersas causas, quæ contingant suboriri, merito vt remaneat iudex in causa nullitatis si postea proponatur. Hinc est, quod talis delegatus t̄ æquiparatur ordinario, secundum glos. verb. delegatus, in fin. in c. causam, de appell. nam vtriuque iurisdictio vniuersalis est, & iste delegatus potest subdelegare, sicut ordinarius. Bart. & communiter DD. in dicit. l. à iudice, c. de iud. & in terminis ita tenent Angel. Imol. & moderni in d. l. quod iussit, Bald. & Salyc. in d. l. si vi proponis. Innoc. An. de Butr. Abb. & Felin. in d. c. qualiter & quando, de accusat. n. 40. idem Fel. in d. c. in litteris, n. 1. & Rip. in d. l. quod iussit, n. 64. & Menoch. vbi supra n. 31. tamen Imol. in d. l. iudex posteaquam, dicat hanc opinionem non transire sine dubio, & contra communem quibusdam fundamentis nititur tenere dec. d. num. 9. sed nihilominus communis est tenenda, quam plures allegans sequitur etiam Vantius vbi supra, in iur. coram quo nullitas, n. 17. ex ea t̄ inferens, quod 27 Camerarius Auditor generalis ipsius Cameræ Apollonica, vrbis Gubernator, Vicarius, Senatus, Marefcalus & Auditor contradictarum, qui in Romana cutia pro ordinariis iudicibus reputantur, ex quo sunt ad vniuersitatem causarum delegati ad instar ordinario ipse iudex sententias nullas reuocare & ex integro pronuntiare poterunt in causis, quas ipsi tanquam ordinarij, ac virtute generalis illorum delegationis & facultatis cognoscunt; sicut si ex speciali rescripto commissio alicuius causæ illius demandaretur, quia stante huiusmodi speciali rescripto, illa prima generalis commissio cessare videtur.

Secundo t̄ limitatur communis sententia prior in 28 delegato, qui iudicauit contra formam mandati: Is etenim iudicare iterum potest, cum data iurisdictio consumpta non fuerit, vt in c. cum dilectis, de rescrip. sicut in arbitrio dicitur in l. quid tamen, in princip. ff. de arbitri. ita tenent omnes DD. qui supra, & testatur communem plures allegans Felin. n. 1. & Dec. in d. c. in litteris, n. 6. idem Fel. in d. c. qualiter & quando, n. 41. cum sequentibus. & Rip. vbi supra, n. 66. & Menoch. n. 27. sequitur etiam plurimos referens Mexia in l. Regia Toletis de los terminos, in vltima pacis conclusione n. 1. & 39. fol. 198. in fi. & fol. sequi. & ita est tenendum, quamuis contrarium teneant Ioan. Andr. Anton. & Calderin. in d. c. qualiter, Anchar. in Clem. 1. de re iudicat. Imol. & Dec. in d. c. in litteris, n. 6. vbi dicit, quod probabilis videtur opinio: Eius tamen fundamentis respondet Rip. vbi supra, ad num. 66. vbi alia ratione mouetur contra communem, nempe, quod t̄ delegatus iudicans contra formam mandati, abutitur potestate; Ergo sua potestas debet magis finiri per abutium, quam per simplicem vsum: argumensio c. priuilegia, de priuileg. Sed huic obiectioni respondens, quod ipsi delegatum nullum damnum vel lucrum sequitur, seu priuilegium versatur in eo, quod dicatur functus officio suo, sed tantum partibus: Ergo cessat regula d. c. priuilegia.

Tertio eadem t̄ communis regula; Quod delegatus 30 non possit cognoscere de nullitate suæ sententiæ diffinitivæ, limitatur ab aliquibus Doctoribus in delegato, qui nulliter iudicauit per errorem facti; Is enim poterit de nullitate sententiæ cognoscere atq; eam reuocare: Ita Innocent.

Innocent. in c. 1. de re iudic. arg. l. error ff. de iuris & facti ignor. vbi loquitur in iudice delegato exsequutorio dato ad conferendum beneficium vni, quando vacabit, qui illud contulit euidam, qui putabatur mortuus, cum reuera viueret, & inquit, quod poterit iterum conferre, existitete vera vacatione beneficij, quia fuit error facti: Eadem limitationem tenet Barol. in d. l. iudex posteaquam, & ibi Alex. n. 15. & Paul. de Castri. in l. cum querebatur. eod. tit. Petrus de Anchar. in d. Clem. 1. de re iudicat. & Tira. in d. l. boues, & hoc sermone limitat. n. 41. ff. de verb. sign. Menoch. vbi supra n. 32. & alij, nempe Dec. in d. c. in litteris, n. 9.

Hæc tamen limitatio in terminis nostræ regulæ cõmuni non est vera, ac proinde tenendum est contrarium in specie ipsius. Primo per text. in d. l. si vi proponis, quia ibi iudex credebatur illum esse verum contumacem, qui non erat contumax, & nihilominus ibi probatur, quod iudex functus est officio suo, & ideo ibi notat Bald. illum text. contra Innocent. in d. c. 1. de re iudic. Secundo per text. in l. a iudice, in fin. cum duob. segg. ff. d. arbitri. vbi probatur, quod arbitri, postquam laudauit, functus est officio suo, siue bene siue male, etiam si pronuntiavit per errorem: sed t̄ arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum, vt in l. 1. ff. de arbitri. Ergo, & ita in hac limitatione contra Innocent. tenent Hofhens. Ant. & Abb. in d. c. 1. de re iudic. Imol. in d. l. iudex posteaquam, n. 6. in vers. fallit etiã quarto, Bald. & Salyc. in d. l. si vi proponis, per illum text. Felin. in d. c. in litteris, n. 2. & in d. c. qualiter & quando, n. 45. Rip. in d. l. iudex posteaquam, n. 65. & ita est tenendum. Et pleriq; ex lapsidict. saluant exemplum sup. relatũ ex Innocent. in d. c. 1. de re iudic. nempe in delegato, dato ad conferendum beneficium, qui si nulliter conferat, non ob hoc impeditur, quin ipse iterum possit conferre, si primo nulliter contulit, quia hic est exequutor, nõ vero delegatus, & quia Princeps videtur mandasse provisionem effectiuam: & beneficia Principum debent interpretari benignè, & ideo in hoc casu dictum Innoc. approbat Dd. communiter, secundum Alex. in d. l. iudex posteaquam, n. 15. ff. de re iudic. & Fel. vbi supra, & sequitur plures referens Mexia vbi supra n. 48. Sed alie limitationes ad vtrãq; regulã tam iudicis ordinarij, quam delegati, assignantur per DD. vbi supra apud quos possunt videri: Nunc autẽ sufficiant supra examinata. Reliquum t̄ est, vt veniamus ad examinationem questionis non triualis, nec in locis ordinariis præd. ab vilo scribeticum, quod videtis, tacta, superioribus, tamen nimis concinne ac in praxi contingentis, prout à me existente affessoris cuiusdam negotij Apostolici fuit iam aduocatus causæ in dubiũ reuocatuũ, an iudex delegatus possit restitutionem in integrum concedere aduersus suam sententiam diffinitiuam, constituto de læsione minoris, Ecclesiæ, & Reipublice vel alterius communis gaudentis prædictæ restitutionis beneficio, nec ne?

Et t̄ primo pars affirmatiua decisã videtur per text. in l. in fi. c. vbi & apud quem cognitio in integrum restit. tanta sit, circa fin. vbi probatur, restitutionẽ concedere posse, qui, vel certæ administrationis, cui & iurisdictio ad hæret, præpositi sunt, vel ab his fuerint dati, & multo magis delegati à Principe, siue hoc specialiter eis fuerit mandatu, vel si generaliter dati sint iudices, vel in aliis speciebus incidere t̄ quædã quest. restitutionis Secundo per text. in c. querenti, de offic. deleg. vbi iuridict. delegati à Principe non finitur per diffinitiuam. Tertio ex l. 16. tit. 11. part. 3. in vers. mas si algũ iuzo, vbi minor læsus per sententiam, potest à iudice petere restitutionẽ contra eam: quod & iure communi probat Ant. Gom. in sic. de restit. minorum, num. 5. licet non speriat, corã quo iudice petenda sit ea restitutio, neq; quis eam cõcedere valeat. Quarto, & magis accedẽdo

ad nostram questionem, per text. in l. fin. tit. 25. part. 3. asserentem: Dolante aqul iuz gador que dio el iuzo cõtra los menores, o delãte su maiorã pveda ser fecha demãda, que se de face por manera de restitucio, & c. & in terminis hanc sententiam probauit ex d. c. querenti, Raphael in l. aduersus, c. si aduersus rem iudic. & c. & ante cum gl. in l. minor autem, §. idem Imperator, vers. non fiet, ff. de min. & ibi Bart. & alij, est communis sententia, vt plures citans testatur Sfortia Oddo in tract. de restit. in integr. 1. parte, g. 32. art. 18. n. 139. vers. in contrarium.

His tamen t̄ non obstantibus, contraria sententia est omnino tenenda, imo quod delegatus etiam à Principe ad vnã causam (puta super fundo, decimis vel alia re) non possit restitutionem in integrum aduersus sententiam diffinitiuam concedere, nisi specialiter sibi esset commissum, aduersus tamen interlocutoriam nõ habentem vim diffinitivæ, & sic incidenter, bene possit, licet sibi non sit commissura, vt in quia lata sententia, delegati officium est finitum, vt in d. l. iudex posteaquam, ff. de re iudicat. Igitur vt priuatus nihil debet posse, quamuis lex illa, vt vidimus, in iudice ordinario loquatur, & absque remedio restitutionis, ideo non multum attingit in proposito. Secundo ex dicit. l. si vi proponis, c. quomodo & quando, iudex, quia si lata sententia nulla, iudex delegatus amplius non cognoscet, vt ibi, à fortiori vel multo minus, non cognoscet, vbi est valida: & hoc fundamentum satis vrget. Tertio, t̄ non ambulamus per mendicata suffragia, per text. expressum in dicit. l. aduersus, in fin. c. si aduersus rem iudic. ibi. Nam aduersus eius sententiã, qui vice Principis cognouit, solus Princeps restituit. Idem probat l. minor autem, §. idem imperator, ff. de minor. cuius verba sunt, hæc: Idem Imperator Licimnia Frontoni rescripsit, in soluti esse, post sententiam, vice sua appellationis dicit, an in integrum restitutionẽ tribuere, nisi solam Principem & postea, sed eis ab Imperatore iudex datus cognoscit: restitutio ab alio, nisi à Principe, qui iudicem designauit, non fiet: Si solus Princeps potest hoc casu restitutionem cõcedere; Ergo ab eo delegatus nec alius adiri minime poterit. Perperã igitur ibi Accursius & contra verba, l. expressã addit. l. ipse, scilicet delegatus: Quod si hoc ita statutum est in delegato à Principe, vt restitutionem aduersus suam sententiam concedere minime possit, sed solus Princeps, idem erit à fortiori dicendum in ceteris delegatis inferiorum à Principe, vt late cõ Bellamera probat Sfortia vbi supra ad articul. 18. per totum, & prius articul. 6.

Ex quibus iuribus, tanquam in hoc expressis, hanc sententiam secundam aduersus priorem probant vtrouque DD. & præcipue Bart. in d. l. aduersus, & ibi eius additio, & ibi etiam Bald. n. 2. Paul. Caltr. 1. Sal. n. 2. dicens esse communem: sequitur Abb. in c. causa restitutionis, n. 7. de in integrum restit. idẽ Bart. in l. 1. in fin. ff. de quast. & quod delegatus possit concedere restitutionem in integrum incidenter, Marant. de ord. iud. 1. part. princip. n. 36. quam sententiam & distinctionem magis communem, plures allegans & eam sequutus, testatur Sfortia vbi supra in vers. pro concordia, & postea n. 141. limitat illud de interlocutoria, quando ea abforberet totam causam, secundum, Albertic. & Ancharan. quos refert.

Non obstantẽ modo adducta in contrarium, & non quidem primum, hoc est, d. l. in c. vbi & apud quem, quia procedit in restitucione petita coram iudice delegato aduersus suam sententiam interlocutoria, quam concedere potest, si non habeat vim diffinitivã; alias secus: Dicit vero l. aduersus, cum similib. in sententia diffinitiuã iudicis delegati, quia aduersus eã sit restitucio in integrum concedere non potest, sed solum Princeps, nisi sibi specialiter id comitatur: vt in d. d. l. ita

tenent ibidem Bartol. & ceteri communiter Dd. Idem Paul. Castr. in d. l. fin. n. 1. versic. 3. potest intelligi, ubi illud de restitutione, quae incidenter petitur, exemplificat aduersus lapsum terminum, ut minor possit probare: scilicet si principaliter petitur restitutio, specialiter mandatur, vel sit delegatus ad uinculatum causam esse recepta & vera resolutio, per quam praedictae omnes leges reducuntur ad concordiam.

Non obstat per secundum, ad est. c. querenti, de offic. delegati, ubi iurisdicatio iudicis delegati a Principe, durat post sententiam intra annum; Nam illud procedit quoad exsequutionem ipsius sententiae, non vero quoad destructionem: ita Paul. Castr. in d. l. aduersus n. 1.

Tertium, hoc est, d. l. 11. part. 3. nihil contr. nos probat, quia non agitur ibi, coram quo iudice petenda sit integritas & restitutio, nec quis concedere ea debet.

Quartum d. l. fin. tit. 25. part. 3. intelligi debet de ordinario, de quo l. illa agit, non vero de delegato Remanet igitur praedicta communis resolutio satis defensata, quae est vera & tenenda in iudicio & consilio. Nec obstat si dicatur, prout mihi responsum fuit ab vno ex aduocatis d. causae, styllum contrarij induxisse hoc casu, ut idem iudex delegatus concedere possit restitutionem in integrum aduersus suam sententia diffinitiuam sicut ipse testatur se saepe vidisse: Nam respondo primo, hoc nos non credere; & praeterea errore introductum esse atq; proinde nihil praestare, ut in l. quod non ratione, cum simil. ff. de legib. & no quod sit, sed quod fieri debet, seruandum est, ut in brocardico iuris habetur. Cum enim aduocatus ille ad hoc non aduertisset, & captus reperiretur, quaerebat asyllum styli contrarij & non fuit admittus.

SUMMARIUM.

- 1 Praeceptum diuinum de non occidendo, seipsum occidentem comprehendit.
- 2 Occidens seipsum, in Ecclesia sepeliendus non est.
- 3 Occidens seipsum, cum psalmis sepeliendus non est, sed in canina sepultura.
- 4 Occidens seipsum, in flumine est proiciendus.
- 5 Occidens seipsum, secundum Platonis sententiam in solitaria est sepeliendus sepultura, ubi alias nemo condatur, & in his locis, quae de duodecim partibus ultima deserta, nec est statua nec inscripcione sepulchrum notetur.
- 6 Quamuis publice non liceat pro se occidente orare, priuatim tamen licet pro eo qui creditur in ultimo vita spiritu criminis dolorem & contritionem penitentia ductum habuisse.
- 7 Ob id inter alia hoc crimen periculosissimum est, quia non restat tempus, ut penitentia expietur.
- 8 An, cum constet de penitentiam in articulo mortis eius, qui seipsum occidit, sit sepeliendus in Ecclesiastica sepultura.
- 9 Decidens in torneamentis iure Canonico prohibitis, non est sepeliendus in Ecclesiastica sepultura, etiamsi Sacramento Penitentiae & Communionis munus decesserit.
- 10 Occidens seipsum, ad hoc ut Ecclesiastica carere debeat sepultura, ante omnia constare debet de hac qualitate, quod seipsum occiderit.
- 11 In dubio licet aliquis reperitur mortuus, non est presumendum seipsum occidisse, cum nemo immemor sua salutis presumatur.
- 12 Occidens seipsum quocumque modo, causa aut tempore, carere debet Ecclesiastica sepultura.
- 13 Inuentus laqueo suspensus, praesumitur se occidisse, & sufficit ad hoc, ut Ecclesiastica carere debeat sepultura, vel si alius violentis & in dubiatis indicis arguatur sui proprii occisio, nisi aliquibus probis conie-

cturis ea excludi possint, secus alias, quamuis reperitur mortuus, per praedicta.

- 14 Si coniecturis aliquos praesumi potest, aliquem furor aut mentis alienatione seipsum occidisse, Ecclesiastica ea tunc gaudebit sepultura, quamuis laqueo suspensus inueniatur.
- 15 Rupertus mortuus in puteo vel fonte non est primarius Ecclesiastica sepultura, quia non praesumitur seipsum praecipitasse, casu enim potuit ibi decidere. Idem dicitur est in reposito in amne vel flumine suffocato, etiam uersito, ut in n. 16. Idem in reposito in uia vel in alio loco, mortuus, vel ex fenestra proiecto, ut in num. 17.
- 18 Seipsum occidens, quomodo & quando quibusque poena puniatur iure ciuili, & n. 19. Idem esse in his, qui propter heresim uincunt seipsum in carcere occiderunt.
- 20 Si quis se putem praecipitauerit & mortuus fuerit, non debet eius bona confiscari, nisi appareat, quod id fecerit conscientia criminis, ut hic.
- 21 Vbi quis non esset accusatus, inquisitus uel deprehensus de aliquo crimine, si reperitur mortuus, eius bona non publicantur, si ipsius heredes parati sint eius defensionem suscipere ad innocenciam probare, nisi a seculo contrarium probetur, scilicet seipsum occidisse, praeterquam si tunc temporis occisus patiebatur dolorem, furororem vel aliam iracundiam, &c.
- 22 Cadaver eius, qui seipsum occidit, surca suspensum non debet.
- 23 Inestabiles quando fiam hi, qui seipsum occiderunt.
- 24 Condemnatus ad mortem serua pena existimatur, ac proinde inestabiles: quod hodie cessat, aeterna leg. 4. Taur. ut in n. 25.
- 25 Titulus ff. & C. de bonis eorum, qui mortem sibi conscuerunt, non est hodie correctus per auth. bona damnatorum, C. de bonis proscriptor.
- 26 Titulus de bonis eorum, qui mortem sibi conscuerunt, procedit in utraque morte, civili nempe & naturali, quae erat imponenda accusato uel inquisito pro delicto, si probaretur.
- 27 Disposicio d. auth. bona damnatorum, C. de bonis proscriptor, non habet locum in eo, qui damnatur ad mortem ciuilem, & sic remanet uisus, nam tunc bona publicantur.
- 28 L. 4. Taur. concedit damnato ad mortem ciuilem uel naturalem factionem testamenti, non uero tollit confiscationem bonorum a lege indictam in eo, qui se interfecit: uel limitatur in hoc, qui se interfecit, antequam damnatur ad mortem.
- 29 Leg. 24. tit. 1. p. 7. ibi. Deum morit pot ende, & ibi: Prender muerte, ad utramque mortem, tam ciuilem quam naturalem referri potest.
- 30 Volens seipsum occidere, sed occursum hominum, uel alius non se occidit, an puniatur poena capitis.
- 31 Poena extra ordinaria praed. casu imponenda est, non uero ordinaria, secundum praxin Hispania, nempe aliquando flagellorum, aliquando uero exilij.
- 32 Poena eius qui se occidit, de qua in iure communi, & in l. 24. tit. 1. p. 7. iuncta l. 2. tit. 17. p. 7. an procedat etiam hodie, stante l. 8. tit. 23. De los homicidios, l. 8. nouae coll. Regiae, uel per hanc l. sit correctae, & n. sequent.
- 33 Stantibus heredibus descendens, eius qui se occidit, quocumque modo, causa uel tempore se occidat, bona ipsius ad fiscum minime pertinent, sed ad suos heredes descendentes.

CAPVT III.

De his qui mortem sibi conscuerunt.

VS Diuinum & violentas manus sibi mortifere inferentes morte aeterna plectit, praecipitur enim illud, Non

Non occides, & se ipsum occidentem comprehendit, quemadmodum Diodorus Augustin. lib. 1. de ciuitate, Dei, c. 18. (Quod continetur cap. si non licet, 23. q. 5.) scriptum reliquit, & tradunt D. Th. 2. 2. quaest. 64. art. 5. Domin. Sot. lib. 5. de inst. & iur. quaest. 1. art. 5. & alij plures, ut constat ex Andrea Alciato, lib. 4. parergon. c. 4. ad fin. & lib. 6. c. 17. & late Tiraq. de nobilitate, c. 3. n. 560. eum seq. D. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 2. n. 8. & 9. Petr. Placa de delict. lib. 1. cap. 23. num. 1. 2. & 8. Et haec est receptissima Theologorum sententia, ut constat ex supradictis, & praeterea testatur in specie Menoch. l. 2. de arbit. iudic. centur. 3. casu 284. n. 38. Ius Pontificium idem omnino damnat, ut in cap. displicet. uersic. nisi ergo iam diceret, 23. q. 3. & in cap. si non licet, & in cap. eu dixisti, & cap. non est nouum, & cap. placuit, 23. q. 5.

Quinimo iure Canonico seipsum occidens, in Ecclesia sepeliendus non est, ut in d. cap. placuit, cuius uerba sunt haec: Placuit, ut is, qui sibi ipsi uoluntarij, aut per ferrum, aut per uenenum, aut per suspendium, uel quolibet modo inferunt mortem, nulla praesens pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulchra eorum cadavera deducantur, multi enim sibi hoc per ignorantiam vsurpant. Quem text. singulariter conset Ludou. Roman. sing. 264. ad hoc nempe, quod occidens seipsum, debet carere Ecclesiastica sepultura, & probauit Syluest. in sum. uerbo, sepultura, q. 9. Barr. de differenti. iur. ciuili, & canonice, num. 47. Nauar. in cap. 1. tit. 4. de penit. diffinit. 7. Palat. Rub. in rubr. de donat. inter uir. & uxor. §. 70. n. 7. Placa ubi supra, n. 14. D. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 1. num. 11. uersic. illud profecto, D. Simanc. de cathol. lic. insti. tit. 18. num. 31. Ludou. Carer. in pract. crimin. §. homicidium, num. 54. pag. 201. & Francisc. de March. q. 876. n. 6. p. 2. Did. Perez alios allegans in l. 9. tit. 13. lib. 8. ordin. iust. mag. pag. 266. & Menoch. ubi supra, num. 36. Nec refragantur uerba illa text. a contrario sensu sumpta; Neque cum psalmis ad sepulchra, &c. Ergo sine psalmis bene possunt in Ecclesia sepeliri, ut in c. qui- cunque, 23. q. 8. Hoc tamen de sepultura Ecclesiastica uerum non est; Quandoquidem cum psalmis praedictae personae se occidentes non sepeliuntur, sed tantum de canina, ut ibidem notat glossa, in uel ad sepulchra, & in d. quicunque uerbo sepultura, ad fin. notant DD. ex text. ibi in l. 1. §. ad bestias, ff. de his qui notant, infam. & Palat. Rub. ubi supra. ubi quod tales, in detestatione criminis, ad montana & loca horribilia deferuntur, DD. in c. ex parte, et l. 2. de sepul. Et tunc quod huiusmodi se occidentes in flumine sit proiciendos, quia cum infutiam fecerit Republicae se occidendo, ab eius territorio arcendus est, testatur Did. Perez ubi supra, dicens, quod ita communiter fit & obseruatur in Hispania: & quod se consilio occidens, carere debeat Ecclesiastica sepultura, probat expresse text. in d. cap. ex parte et l. 2. de sepulchra, ubi: Cum illa non sponte praecipitauerit se de ponte, sed casu ceciderit: Ergo a contrario sensu, si se sponte praecipitasset, careret Ecclesiastica sepultura.

Sed apud Aegippum l. 3. de excidio Hierosolymitano, c. 17. Iosephus, dixit, quidam Iudaeorum, afferit, legibus prohibita esse sepulchra iustissima ratione us, qui seipsum occiderint, ut refert D. Cou. d. n. 1. col. fin. Quinimo & ante ius Canonicum in huius criminis reos eadem poena sancita erat, ut constat ex sententia Platonis lib. 9. de legib. dicentis: Qui sibi mortem conscuerit, ei sepultura haec solitaria, ubi alius nemo condatur: deinde in his locis sepeliatur, quae de duodecim partibus vltima deserta; nec ei statuta nec consecratione sepulchrum notetur.

Nunc autem decisio text. in d. cap. placuit, uenit primo limitanda, ut quamuis non publice, priuatim tamen liceat pro eo orare, qui mortem sibi conscuerit, eo scilicet, qui creditur in ultimo uita spiritu criminis

doctorem & contritionem penitentia ductu habuisse, sicuti Paludanus explicat in 4. sentent. dist. 20. q. 1. col. 1. quod ueluti quotidianum & raro decimum memorabile dicit D. Nauar. in c. 1. n. 4. de penit. dist. 2. sequitur Couar. d. lib. 2. c. 1. n. 15. uersic. illud profecto, & Petr. Placa ubi supra, n. 14. Sed tunc ob id infer alia hoc crimen periculosissimum est, quia non restat tempus, ut penitentia expietur, ut explicat D. Thom. ubi supra, d. q. 64. art. 5. in solut. ad 3. & ante eum Origenes in comment. in Job. c. 2. Lactant. lib. 3. diuin. inst. c. 18. August. in epist. ad Paul. prout eos refert Petr. Placa ubi supra.

Sed tamen hoc casu; Nempe cum constat de penitentia in articulo mortis eius, qui se ipsum occidit, sit sepeliendus in Ecclesiastica sepultura? Quaestio est, in qua Abb. in cap. cum ad Monasterium, num. 15. de statu regular. ex glossa. ubi uerbo, in seruilio, ubi de penitentia, deducit, quod si quis decedat ex facinoroso actu, si tamen in ultimo uita, ut scilicet puncto mortis ostendat contritionem, non debet priuari sepultura, hoc tunc adduci posse affirmat pro illis, qui se ipsos mortuiter uulnecant; Nam si eos penitet in puncto mortis, non priuabuntur sepultura: quem refert & sequitur Greg. Lopez in l. 10. tit. 13. part. 1. in glossa. Robadores, Sed contra hanc sententiam Abb. obstat primo iura superius adducta, quae indistincte prohibent se ipsum occidentem in Ecclesiastica sepeliri sepultura. Secundo, contrarium manifestissime deducitur ex sententia Paludan. & Nauar. ubi supra. Si enim priuatim tantum licet orare pro huiusmodi delinquente penitente, non uero publice: Ergo publice, hoc est, Ecclesiastica sepultura gaudere non debet, ut ipsimet praesupponunt, & constat ex d. cap. placuit, ubi: Nulla praesens pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulchra eorum cadavera deducantur: Nam est tibi text. quod ille, pro quo publice non oratur, ut est huiusmodi, quamuis penitens, carere Ecclesiastica sepultura. Denique & tertio, quia, quod occidens se ipsum carcat Ecclesiastica sepultura, est poena exterior sui reatus, ut alij eo exemplo moti a similibus delictis accendant, ut constat ex dictis iuribus; tamen haec poena non solet per confessionem & sacram communionem tolli, sicut uidentur in decedente in torneamentis a iure Canonico prohibitis, ut in c. 1. & 2. de torneament. & in l. 10. tit. 13. part. 1. diximus supra, lib. 1. canon. quaest. cap. 7. n. 3. Ex quibus hanc partem contra priorem exilium ueritorem & tenendam in puncto iuris, quamuis opinio Abb. contraria humanior aequiorque sit, & conformis gineis defuncti inuendior atque solatio.

Secundo tamen decisio d. cap. placuit, & d. cap. ex parte, de sepulchra, intelligi debet, ut procedat, quoties confiterit aliquem se occidisse; Haec enim qualitas ante omnia probari debet ad infligendam praedictam poenam, cum in ea fundent iura, arg. l. eius qui in Praenitencia, uers. quoniam, ff. si cert. per. & in l. si seruus, §. fin. ff. de act. empt. & in l. Pompeius, §. fin. ff. de acquir. possess. & in l. non ignorat, C. qui accus. non poss. tradit Ant. Gom. in 3. tom. c. 1. de delict. n. 44. & de capt. reor. n. 1. & plures allegans Dec. conf. 12. n. 14. lib. 1. Quare in dubio, licet aliquis reperitur mortuus (cum nemo immemor suae salutis presumatur) seipsum occidisse non est praesumendum, nisi hoc probetur, ut tenet Azo in sum. C. de bonis eorum, qui mortem sibi conscuerunt, Dec. conf. 43. n. 2. & alios allegans Placa d. cap. 23. n. 9. uers. in dubio.

Quocumque tamen modo aut causa, tempore uel quis sponte occiderit, carere debet Ecclesiastica sepultura, ut in d. cap. placuit, & in d. cap. ex parte, debet tamen de hoc constare Ecclesiasticum, ut praediximus, & in terminis traditur per text. ibi, in cap. a nobis, de sententia excommunicationis, tenet Palat. Rub. in reposit. in rubr. de donat. inter uir. & uxor. §. 70. num. 7. in uers. ex quo inferuntur, X. 4. Inf.

Iaf. in l. 1. n. 6. C. de servis fugitiuis, & in l. 2. n. 4. C. qui testamentum facere poss. Placa vbi supra, n. 14. in fin. & Didac. Perez etiam vbi supra, pag. 266. col. 2. Sufficiet tamen meo iudicio, si quis inueniatur laqueo suspensus, vel si aliis violentis & indubitatis indicis arguatur sui propositi occisio, nisi aliquibus probis coniecturis ea excludi possit; fecus alias, quamuis reperitur mortuus, per prædicta.

14. Ex quibus inferitur primo, quod si coniecturis aliquot præsumi queat, eum furore aut mentis alienatione seipsum occidisse, Ecclesiastica iure gaudebit sepultura, quamuis laqueo suspensus inueniatur: Ita tenet Ioan. Gallus in quest. Parlatensis. 127. quem refert & sequitur D. Couat. lib. 2. var. res. l. 1. n. 11. & Petr. Placa vbi supra, n. 10. & 14. in fin. vbi in eandem sententiam citant Guilielm. Benedic. in c. Raynuius, verbo mortuo in laqueo testatore, et l. n. 5. de testam. & Plac. Rub. vbi supra, n. 6. & 7. tenet Didac. Perez in d. l. 19. tit. 19. lib. 8. ord. pag. 371. col. 1. vbi etiam allegat Guilielm. Benedic. vbi supra, n. tamen 41. vers. fallit. & c. & probatur respectu aliarum penarum, de quibus infra agemus in l. 1. & in l. fin. vers. si quis autem, ff. de bonis eorum, & c. & in l. 2. C. qui testam. facere poss. & in l. 2. tit. 1. p. 7. in vers. Ego misero dener. guardado. & c. & in l. 1. tit. 27. part. 7.

15. Secundo inferitur ex prædictis, quod reperiens mortuus in puteo vel fonte, non erit priuandus Ecclesiastica sepultura, quia non præsumitur se ipsum precipitasse, vel in hac specie probauit Marian. Soc. l. un. conf. 51. lib. 1. quem refert & sequitur D. Couat. vbi supra, Dec. conf. 438. in princ. anse. n. 1. Placa d. c. 23. n. 15. Menoch. vbi supra, n. 16. Didac. Perez vbi supra, neminem referens, in vers. quid autem esset: casu enim potuit ibi decidere, arg. d. c. ex parte, et l. 2. vel ab alio iurici. Quare cum non probet hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, vt in l. non ob hoc, C. unde cognat. & in l. neque nauales, cum siml. C. de prob. in dubio non delictum, nec in peiorum patrem, sed in meliorem præsumendum est, arg. l. memoria ff. pro socio, & c. audum, de præsumpt. Alc. in tr. de præsumpt. 3. reg. præsumpt. 2. & 3. ne dicamus, huc carere Ecclesiastica sepultura: quod homini Christiano grauissimum est, & ira in praxi obseruandum. Quare inferimus esse dicendum in reperio in amne vel in fluuio, suffocato, etis vestito, potuit enim ibi casu cadere, prout sepe contingit, præmaximè, vbi fluuuius inter rupes defluit, crepidinibusque est sociatus, quod potius præsumendum est, quia quod ibi cõsulto precipitatus fuerit, & precipue, si tempore natationis nudus suffocatus inueniatur. Idem tamen reperio in via vel alio loco, mortuo vel ex fenestra proiecto, vt exemplificat Didac. Perez vbi supra, existimas quod, qui contendat illum, se precipitasse, cum id sit fundamentum suae intentionis, probare teneatur, l. verius, l. ab ea parte, ff. de probat. nec bona eius sunt publicanda, secundum Marian. Socin. vbi supra. Tandem addit bonam l. 1. i. de stylo, probantem, quod carceratis deferens Regi in carceratum, asserens illum se proiecisit in fluuium atque mortuum fuisse, tenetur id probare, alias pro illa morte tenebitur.

18. Sed tamen iura Caesarea se occidit puniunt, in hunc sane modum: Quod si quis commiserit aliquod delictum, ex quo veniebat imponenda pena mortis & confiscationis bonorum, & postquam reu. in eo fuerit deprehensus vel accusatus, & metu pene se ipsum interficiat, habetur pro confesso, & ita pena se ipsum interficiat, ac se per sententiam diffinitivam illo tempore fuisse condemnatus: Si tamen, antequam accusatur vel in crimine deprehendatur, se interficiat, non habetur pro confesso, nec incurrit penam confiscationis bonorum, nec etiam delictum erat tale, ex quo non veniebant bona confiscanda, quia tunc non habetur pro confesso nec bona eius confiscatur, quocumque tempore se interfecerit: Si vero

quis se interficiat tædio vitæ, in impatientia doloris, vel quavis alia causa, non confiscatur ipsius bona nec pars eorum, sed ea habebit hæres ex testamento vel ab intestato: Ita probat text. in l. 1. §. si quis autem ff. de bonis eorum, & c. text. in §. 1. vers. ergo eadem lege si quis filio exheredato, §. eius ff. de iniusto rupto, & c. & alia plura iura allegata per Ant. Gomez, 3. tom. variar. cap. 3. de homicid. num. 13. vbi ita distinguit atque resoluat materiam hanc, & Couat. alios allegans d. lib. 2. variar. res. l. c. 2. n. 11. ad fin. Et primum membrum prædictum approbat in l. 24. tit. 1. p. 7. vbi in priori casu requiritur, quod si sit cõtestata super accusatione, & ibi late Gregor. Lopez. Secundum verò membrum prædictæ distinctionis probatur in lib. 2. tit. 27. p. 7. vbi etiam Gregor. & Petrus Placa late vbi supra, n. 9. cum seq. Paul. Paris. consil. 155. vol. 4. Didac. Perez plura requirit cumulatim in d. l. 19. tit. 19. lib. 8. ordinem, pag. 370. cum seq. & hæc est communis resolutio, vt testatur Iul. Clar. in præd. crimin. §. fin. q. 68. in vers. se ipsum occidere, ibi: regulariter tamen. Idem tamen est in his, qui propter hæresim videti se ipsos in carcere occidunt, ceteri denique sunt enim conscientia criminis mortem sibi conueniunt, nisi forte aliud hæresim eorum ostendere potuerint, quibus nihil prohibebit, illi punientur, petende ac si illorum hæresim fuisse plene probatam tenet Pal. Rub. vbi supra, in rubr. §. 70. n. 7. & plene probat D. Simanc. de instr. contol. tit. 1. §. 1. post. Gonfal. de hæres. q. 22. sequitur Petrus Placa vbi supra, n. 17.

Ex tamen qua communi resolutione primo inferatur, quod si quis se in puteum precipitauerit & mortuus fuerit, non debent eius bona confiscari, nisi appareat, quod id fecerit conscientia criminis, prout in casu, in quo consuluim Dec. conf. 438. & Paris. d. consil. 155. lib. 4. & Corn. conf. 195. lib. 2. quos sequitur Iulius Clarus vbi supra.

Secundo tamen adducitur, quod vbi quis non esset accusatus, inquisitibus vel deprehensus de aliquo crimine, si reperitur mortuus, eius bona minime publicabuntur, si ipsius hæreses parati sint eius defensionem suscipere atque innocentiam probare, nisi a fisco huiusmodi delictum probetur, scilicet se ipsum occidisse, vt in l. fin. §. fin. ff. de bonis eorum, qui autem sententiam mortis sibi conueniunt, præterquam si tunc temporis oculis patiebatur dolorem, furem vel aliam iracundiam, quia tunc in meliorem partem propter illam causam, & non quod ob conscientiam criminis se interfecerit, præsumendum & interpretandum est, vt in l. 2. C. de bonis eorum, qui mortem sibi conueniunt. l. pres. cum siml. ff. de pen. ita Abb. post Iacob. de Rau. & Petr. in l. 2. C. qui testam. facere possunt, & Salyc. in l. 1. C. de bonis eorum, & c. Batt. in d. l. fin. §. fin. Greg. Lop. in l. 24. in gloss. de la pena, tit. 1. part. 7. Anton. Gom. in 3. tom. cap. 3. de homicid. n. 13. Petr. Placa vbi supra, n. 9. 10. & 17.

Tertio inferitur, quod licet secundum consuetudinem, se interficiens, ex quacumque causa, debeat furca suspendi, vt refert Anton. Gomez vbi supra, & Iodoc. in sua præd. criminal. cap. 38. n. 6. & iure idem probati videtur in l. 2. C. qui testam. facere possunt, & ibid. Roman. & Ia. n. 2. 1. & Ludouic. Carcer. in præd. crimin. §. homicidium, n. 223. pag. 24. verius tamen & receptius iure est contrarium, imo quod cadaver hoc casu non puniatur, vt probat Anton. Gomez vbi supra, & latius plures allegans Petr. Placa vbi supra, n. 13. in vers. illud profecto præmittendum: Quinimo nec hoc consuetudine obseruatur, secundum Iulium Clar. vbi supra, & nos nunquam id vidimus, sed in campo, cremo vel sterquilino cadaver huiusmodi sepelitur, prout debent sepeliri, & sic a sinorum more, bestis, auibus, sive piscibus commendandi sunt, secundum Didac. Perez vbi supra, pag. 266, col. 2.

23. Quare inferitur, quod in casu primi membri communis resolutionis præfate, nempe, cum quis post accusationem de aliquo crimine, pro quo veniebat imponenda pena mortis & confiscationis bonorum, liteque in eo contestata, vel postquam in eo fuit deprehensus, se ipsum occidit, cum ex hoc habeatur pro confesso, bonaque ipsius confiscantur, efficiuntur intestabiles, eiusque testamentum irritabitur, vt in l. 2. & ibi D. D. C. qui testam. facere poss. D. Simanc. vbi supra, ac proinde testamentum ab eo conditum nullum erit, l. eius qui, §. fin. ff. de bonis eorum. Cum enim se occidendo, crimen fatetur videatur, vt est prædictum, ex confessione habeatur pro condemnato. Condemnatus tamen seruis pœnæ estimatur, ac proinde intestabilis, vt in d. l. 2. & ibi Bart. & in l. fin. ff. de bon. eorum, Alexand. & communiter D. D. in d. 2. late Guilielm. Benedic. vbi supra, in verbo mortuo itaque testatore, l. 1. n. 4. 8. vbi testatur hanc esse communem opinionem. Petr. Placa vbi supra, n. 16. & Iul. Clar. etiam vbi supra.

Quod hodie cessat, atenta l. 4. Tauri, vt tenet pro consuetudo Gregor. Lopez in d. l. 24. in gloss. para el Rey. vbi tamen late pluribus probat, hodie iure Regio iuris ff. & C. de bonis eorum, qui mortem sibi conueniunt, & penam prædictam non esse correctam per authent. bona damnatorum, C. de bon. proscript. iuxta opinionem Iacob. de Rauen. quæ est hodie iure Regio approbata aduersus communem opinionem Doctorum aliud existimantium de iure communi: eandem sententiam Gregor. Lopez in omnibus prædictis probauit Placa vbi supra, n. 9.

26. Quinto tamen inferitur ex superioribus, idem in eadem specie procedere, non tantum, quando mors naturalis imponenda erat pro illo delicto, pro quo erat accusatus vel inquisitus, vel in eo reperiens, si probaretur, sed etiam mors ciuili tantum, quia adhuc si se occidat, bona ipsius etiam publicanda sisco: In vtraque enim morte procedit titille de bonis eorum, & c. vt probat text. in d. l. fin. in vers. vt autem diuus, ff. de bonis eorum, & c. præmaximè, quia dispositio d. authent. bona damnatorum, non habet locum in eo, qui damnatur ad mortem ciuilem, & sic remanet vitus, nam tunc bona publicantur, vt notatur in d. authent. & præterea tradit Paul. Cast. in d. l. 2. in fin. n. 8. C. qui testam. facere poss.

28. Nec tamen obstat l. 4. Tauri, dum in ea cauetur, quod damnatus ad mortem ciuilem vel naturalem, possit testari, quia loquitur respectu tantum testamenti, vt possit disponere, non vero tollit confiscationem bonorum a lege inductam in eo, qui se interficit: vel secundum, quod limitatur d. l. 4. Tauri, in eo qui se interficit, antequam damnatur ad mortem ciuilem vel naturalem, & quia si iste se non occidisset, per sententiam bona eius publicarentur: ita voluit, quamuis relinquens cogitantem, Gregor. Lopez in d. l. 24. in gloss. prender muerte, per var. discedens a contraria sententia, quam ex verbis d. l. in gloss. procedenti, in verbo, sas bienes, tenuerat: sed quom probamus, sequitur etiam Petrus Placa vbi supra, n. 11. Nec tamen obstat verba d. l. 24. ibi, Deuse morir por ende, & ibi, Prender muerte, quia ad vtramque mortem, tam ciuilem, quam naturalem, referri possunt & debent, iuxta iuris communis dispositionem, de qua in d. l. fin. §. vt autem diuus, vbi mors naturalis & ciuili equiparantur in proposito, Quod fit, vt si constaret, se ipsum occidentem, morte tantum ciuili afficiendum fuisse, eius bona confiscanda erant, nec ad hæreses eius pertinebant, ac si morte naturali puniendus esset, bonis confiscatis ob crimen, pro quo captus erat, si probatum fuisset, non obstantibus supra in contrarium adductis, quibus plene satisfacimus.

30. Sexto tamen deducitur, quod quamuis de stricto iuris rigore volens se ipsum occidere in prædicta specie primi

membri communis præfate resolutionis, & occisus hominum vel alias se non occidit, puniatur pœna capitatis, vt in l. si quis aliud, §. fin. ff. de pen. & ideo puniri perinde, ac si delictum consummasset, vt probant Cyn. Alberic. Fulgos. Paul. & Iaf. in d. l. 2. n. 5. C. qui testam. facere possunt, Anton. Gomez vbi supra, n. 14. & est frequentiori DD. calculo recepta opinio, secundum Petrum Placa vbi supra, n. 18. & Iul. Clar. etiam vbi supra, nihilominus tamen, stante generali consuetudine, quod conatus non puniatur, nisi sequatur effectus, vt dixit idem Iul. Clar. in præd. crimin. §. fin. quæst. 91. fortè contrarium esset dicendum in practica, prout etiam in facti contingencia conclusisse testatur Ludouicum Carterium in præd. crimin. §. homicidium, n. 127. fol. 230. in quodam se suspendere volente, qui tamen conatus hominum vitus exiit, & ita pronuntiatum fuisse in Reg. Neapolitano Concilio. Erat igitur pœna extraordinaria hoc casu imponenda, non vero ordinaria, vt sæpe consuluim testatur & prædicari vidisse Petrus Placa vbi supra, n. 19. dicens, quod in Hispania praxis id obseruata ac vitu receptum est, & quandoque etiam fultium pœna ac flagellorum huius criminis eos puniendos esse ex l. 3. §. fin. autem, ff. de bonis eorum, qui mortem sibi conueniunt, & in l. si quis, §. fin. ff. de pen. & ante eum, quod pœna arbitraria sint puniendi, tenuit D. Anton. Gomez vbi supra, n. 14. allegans Bonifac. in tract. de malefic. fol. 7. in vers. sed quidam est in tit. de insultu percussione, defensione & qui excusantur a delicto, n. 4. fol. 232. col. mibi 2. & inquit idem Anton. Gomez hunc casum vidisse de facto Salmantice, & quod tandem iudex huiusmodi delinquentem condemnauit in pœnam exilij, & iterum in alia persona aliter iudex condemnauit eum in pœna flagellorum: pro quo facit l. si quis aliquid, §. fin. ff. de pen. & in l. omne delictum, §. qui se vulnerauerit, ff. de re milit. & dicit mentem tenendum, tanquam notabile & quotidianum.

Supereest modo videre, an prædicta bitembris distinctio iure communi & lib. 24. tit. 1. part. 7. in l. 2. tit. 27. eadem 7. part. probata circa confiscationem bonorum illius, qui se occidit in primo casu, nempe, tamen quando deprehensus in crimine, accusatus vel inquisitus, pro quo alias veniebat imponenda pena mortis & confiscationis bonorum, lite demum contestata super eo, ob conscientiam criminis se occidit: fecus vero alias, vel quando tædio vitæ, impatientia doloris aliave causa se interemit, quia tunc bona ipsius non publicantur, sed ad hæreses occisi & ex testamento, & ab intestato pertineant: hodie iure nouiori Regio procedat, vel an sit correctæ, stant l. 8. tit. 23. De los homicidios, lib. 8. Nova Collect. Reg. qua ita cauetur: Todo hombre o muger que se matare a si mismo pierda todos sus bienes y sean para nuestra Camera, no teniendo herederos descendientes.

In primis illud absque dubio est, quod stantibus heredibus descendibus eius, qui se occidit, quocumque modo, causa vel tempore, se occidat, bona ipsius ad filium minime pertinent, sed ad suos heredem descendentes, vt expresse cauetur in d. l. 8. Quod procedit, siue teneamus, legem illam præcedentem distinctionem non corrigere, sed tantum loqui esseque intelligendam in casu priori, nempe d. l. 24. tit. 1. part. 7. cum ipsa hoc temperet, No teniendo herederos descendientes: Ipsis ergo stantibus, bona non confiscantur, à contrario sensu, quod argumento fortissimè est in iure iure teneamus, quod atenta illa l. 8. in distinctæ hodie bona se occidentis confiscantur, cum adhuc ipsa hoc intelligat, No teniendo herederos descendientes, ergo teniendos los, bona nõ confiscantur, sed ipsi applicatur, nisi aliter sit dispositum per legem expressam ratione delicti, ex l. 4. Tauri, vbi optime Cifuen. n. 3. ita Did. Perez in d. l. ordin. gl. mag. pag. 266. Quod autè adhuc sub iudice est atque in opinione

opinionem versatur, illud profecto est, quod praediximus, in d. l. 2. Nona Collect. Reg. intelligenda sit iuxta distinctionem precedentem iuris communis & legum Partiarum, an vero indistincte accipienda sit, ut in omni casu bona se occidentis ad sicut Regium pertinent, deficientibus heredibus descendentes? In qua quaestione hanc postremam partem probavit ex professo Anton. Gomez ubi supra, num. 13. in fin. dicens, quod hodie de iure Regio indistincte ille, qui se imertit, modo tadio vira, vel impatientia, vel dolore, modo metu poena delicti commisit, modo ex qualibet alia causa, & quocumque tempore, incurret poenam confiscationis omnium bonorum, praeterquam si habeat filios vel alios descendentes, ut disponit l. 9. tit. 13. lib. 8. ordinarum. & l. 19. tit. fin. eod. lib. quae hodie collectae sunt in d. l. 8. Nona Collect. Regia, eandem sententiam tenere videtur Olanus in sua concordantia, tit. O. n. 14. & expressim in suo epologo legum Partiarum, correct. ad fin. d. concord. super d. l. 2. tit. 1. part. 7. num. 125. Et huius opinionis fundamentum vnicum est, nempe verba d. l. 8. quae generaliter hoc disponunt abique ulla distinctione ut vidimus: Ergo nec nos distinguere debemus, iuxta iura vulgaria. Item, quia poena haec imponitur pro ipso delicto occisionis propriae, quod utroque casu reperitur commillum.

Verior tamen & tenenda videtur contraria opinio, nempe, quod d. l. 8. Reg. posterior intelligenda ac distinguenda sit iuxta distinctionem communem iuris communis & legum Partiarum praefatam, ut euitetur legum correctio, cap. cum expediat, de elect. in 6. cum similib. argum. non est notum, & l. sed & posteriores, ff. de legib. quod primus omnium in terminis videtur sequutus Montalaus in l. 1. tit. 27. part. 7. in final. verb. dicens, quod licet d. l. ordinarum, indistincte teneat, quod occidens seipsum, perdat omnia bona, nisi habeat heredes descendentes, aliqui tamen credunt, habere locum cum distinctione supra allegata, & sic cum hac sententia remanere videtur: Eandem etiam sequi videtur, relinquentes tamen cogitandum, D. Couarr. lib. 2. variarum resolutionum, cap. 1. num. 1. circa fin. sed ex professo eam affirmat Auendaño in suo dictionar. legum Partiarum, in verbo, desperado, in 2. limitat. & sub dubio Petrus Placa d. cap. 13. num. 9. sed affirmat in eodem, in 2. vers. quibus & illud, ibi, atque ideo praecipua, & cum verbo, fortes, Gregor. Lopez in l. 2. gloss. vic. tit. 27. part. 7. retoluens videndam esse d. l. ordinarum, in originali, vbi forte colligetur, an voluerit corrigere leges antiquas in hoc, vel eis addere: sed in noua collectione Regia, cui est standum, licet d. l. se habet, prout eam retuli, ex qua, cum generaliter & indistincte loquatur, sicut in ordinamento veteri, colligi perspicue non potest, an voluerit corrigere in hoc iura antiqua, vel eis addere: In dubio autem malo adhuc rete huic sententiae, quam priori, cum d. l. 8. expressit iura antiqua non corrigat, sed generaliter loquatur: Ergo in dubio non est indacenda eorum correctio, ut est de iure, per l. incimus, C. de testam. & in l. precipimus, C. de appellat. & in d. cap. cum expediat, & hanc partem sine dubio probant etiam Did. Perez in d. l. 2. ordin. gloss. 1. pag. 266. aduersus aliquos practicos, existimantes per d. l. corrigi l. fin. C. de iure sicut, & d. l. 24. Partiarum, cum similibus.

S V M M A R I A.

- 1 Ebricitas omnium vitiorum fomes ac nutritrix est.
- 2 Multum & immoderate bibere, multorum malorum causa est.
- 3 Nos inebriati vino denudati estis, &c.
- 4 Loth etiam inebriatus incestum cum filiabus commisit.
- 5 Dominus ad Aaron dixit: Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis, &c. Lem. 10.

- 6 Amnon in conuiuium Absalon remulenti vino, eo quod violasset Thamar sororem suam, occisus fuit.
- 7 Holofernes bibit multum vinum, & Iudith eum interfecit.
- 8 Ptolemaeus conuiuium fecit Summo Sacerdoti ac duobus filiis eius, & cum ebriati essent occidit eos.
- 9 Operarius ebrius non locupletabitur, & qui spernit modica paulatim decidet.
- 10 Vinum & mulier apostatate faciunt sapientes.
- 11 Fornicarij, neque idolis seruientes, nec molles, nec masculorum concubitores, nec adulteri, neque ebrius Regnum Dei possidebunt.
- 12 In huius criminis detestationem Apostolus ad Ephes. inquit: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.
- 13 Luxuriosus est vinum, & tumultuosus ebrietas.
- 14 Commorantibus in vino, & studentibus calicibus epotandis, rixae, foveae & sine causa vulnera & suffusio oculorum.
- 15 Sanitas est anima & corporis sobrius potus, & vinum multum potatum, irrationem & iram & ruinas multas facit.
- 16 Nabal Carmelus erat vir durus, pessimus & malitiosus, & in conuiuium cor eius iucundum, quia erat ebrius nimis.
- 17 Vinum cupiditatem Veneris in primis accendere potest, secundum Philosophum, & qui vino indulgent, sunt ad Venerem priores.
- 18 Potus maxime noxius est corpori & anima: vir inebriatus vacillat.
- 19 Num. 6. praecipitur erat, ut quicumque votum fecerit Domino, a vino abstinere, non. 18.
- 19 Vinum non moderate sumptum detegit arcana, soletque manus ad arma vocare.
- 20 De ebrietate plura alia remissimè.
- 21 L. 3. tit. 5. part. 1. pulchra verba de ebrietate agentia referuntur.
- 22 Faemina sunt huic bibacitatis vitio ex more & sexus natura admodum obnoxia.
- 23 Beatus Apostolus Paulus mulieres sobrias esse praecipit, & ne anus multo vino feruatis.
- 24 Nihil est turpius ebriosa muliere, & num. 25. sacrilegium esse, vixit detestabile in faemina.
- 25 Mulier ebriosa, irata & contumelia: & turpido eius minime tegetur.
- 26 Lex antiquius lata fuit ac viti receptum apud plebsque populos, ut vini viti esset interdicitus faemina.
- 27 Reipublice maxime hoc conuenit, ut faemina abstemia sint, siquidem omnis mulier vinolenta eadem quoque & meretrix est.
- 28 Mulieres sua ingluuie, voracitate, bibacitate, vitium intemperantiae sunt podagra obnoxia.
- 29 Ebrietas voluntaria, an peccatum mortale sit, vel veniale? & num. seqq.
- 30 Inebriatus non totaliter, quia scit quid facit, licet sit valde grauatus, quia sibi videtur, quod domus mouetur, an peccet mortaliter.
- 31 Vinum moderate potatum, plurimum corporis praestat utilitates.
- 32 Vinum moderate potatum, exaltatio anima & corporis: & sobrius potus sanitas est anima & corporis.
- 33 Vinum si malum esset ex sua natura, Saluator noster non vertisset aquam in vinum, neque initium signorum illius fuisset vinum ex aqua factum: nec si non liceret bibere vinum, idem Dominus praecipisset ministrantibus in conuiuium nuptiarum, ut ferrent vinum Arbitrictino.
- 34 Christus Saluator noster canaris cum discipulis accepit calicem, & gratias agens, vinum in sanguinem suum conuertit, de dicitque illis, &c.

- 26 Damna est heresi Saceri docenti, non licere vilo patio liberi vinum.
- 27 Vina de per se sunt excellentiora omnibus aliis rebus habentibus liquorem.
- 28 Vinorum probatorum qualitates.
- 29 Vina Balnensis meliora omnibus aliis totius orbis secundum Chassaneum.
- 30 Vina oppidi de Robledillo y Des argamaria, Ciuitatis diacefy de Sammartin de Valdigesias, y de Ribadavia, in Hispania excellentissima reputantur.
- 31 Vina spissa non adeo profunt morbis, sicut subtilia: & sicut subtile vinum multos spiritus procreat atque subtilia a grossum grossos.
- 32 Vinum Palnense siue albium, est melioris saporis & odoris, quam cetera vina.
- 33 Vina mixta si cetera sint atque sub'ia, tempore caloris ad canem indigentiora plerumque reputantur.
- 34 Exhortatio ad sobrietatem.
- 35 Sobrietas virtus valetudinem nostram conferunt, corporis, animaeque sensus ad vltimum usque vite nostrae finem perducit integros atque incolumes.
- 36 Qui vino ciboque se immergunt, solidi ignari obtusique sunt, varoque longae sunt, fa ile aegrotant, disfaciliter curantur a corporis viribus, animaeque virtutis quam primum desituntur, si rque deliri & omnibus contemptis ludibrioque sunt, adeo ut necessarii ac familiaris omnes eis interitum optent.
- 37 Cibi omnes potusque viuandi, qui vltra sitim famemve secundam appetunt longius producantur.
- 38 Clerici in conuiuiis debent se ostendere honestos, sobrios in cibo & potu & verbis, & num. 49. quod honestati ita debent sinderere, ut nec fabulas inanes sibi referant.
- 39 Clerici in conuiuiis non debent alius ad bibendum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare, neque plausus & risus & fabulas inanes sibi referre.
- 40 Ecclesiasticos oportet vitos in conuersationibus sacrorum Euar geliorum lectiorem audire.
- 41 Clericos adeo in potu sobrios esse oportet, ut vltra triann vicem bibere non debeant: & clerici hoc non seruati, peccat, sed non. 35. hoc intelligitur, quando appetitus naturalis vltra non exigit.
- 42 Clerici a crapula & ebrietate diligenter abstineant, unde vinum sibi temperent, & se vino: & alia in proposito.
- 43 Crapula dicitur, quantum ad superfluitatem ciborum, quasi cruda epula, ebrietas vero quantum ad potum, & dicitur ab eo, quod est sine & bria, quod est mensura: unde ebrius est, qui sine mensura bibit.
- 44 Clerici debent vinum aqua temperare.
- 45 Clericus bibens vinum paruum, peccat mortaliter, nisi ex causa aliud faceret, quia vinum est minus potens.
- 46 Clerici in conuiuiis non debent alios imitare ad bibendum, hoc est, bibrar.
- 47 Clerici in conuiuiis non debent se obligare ad aequalis potus, hoc namque maxime perniciosum est, ut hic.
- 48 Pena Concilij Agathensis contra clericos ebrios.
- 49 Miles armata militia propter ebrietatem deponi potest ab omni militia.
- 50 Pena dicit Concilij Agathensis, sic fuerit distinctioe descripta, ut discretus index, quem huic vitio deditur animaduerterit, & quod a communicatione prinetur, parui pendere, corporali potius supplicio castiget.
- 51 Hodie per decretal. a crapula, de vita & honest. cleric. alia mitior poena clericis ebriis iubetur imponi, nempe, ut nisi a superioribus communi satisfecerint, ab officio & beneficio suspendantur arbitrio superioris.

- 62 Distinctio Cardinalis & aliorum in proposito, potius conuenit Concilio Agathensi, de quo supra, quam dispositioni d. cap. a crapula.
- 63 Clericus non debet priuari beneficio, nec etiam suspendi propter crapulam vel ebrietatem, si vult agere paenitentiam.
- 64 Monitio Praelati praecedere debet poenam d. cap. a crapula, ac reincidentia in crimine ebrietatis post monitionem, &c.
- 65 Clericis est prohibitum ingredi tabernas, nisi peregrinationis vel itineris necessitate compulsi.
- 66 De poena clericis ingredientis frequenter tabernam, & num. 69 & 70.
- 67 Cap. nulli, 44. distinct. intellectus.
- 68 Poena clericis frequentatis tabernam, est arbitraria, considerando ut hic, &c.
- 69 Tabernarij sunt de genere praedonum.
- 70 Hospitalitas quaesuarua, quam cauponariam vocamus, illiberalis ac fordida admodum est.
- 71 Clerici possunt habere tabernas, & etiam vendi facere vinum in domo, dummodo per alios id faciant.
- 72 Cap. si consiterit, de accusat. intellectus.
- 73 Qui post cibum & potum, etiam minimum, diuina celebrauerit, excommunicationi subiacet, & Concilium Braccarense feruens animaduerens in hoc, est rigidum.
- 74 Quare iudex attenta persona & excessus qualitate ac facti publicitate, poena carceris aut suspensionis in delinquentem huiusmodi potest animaduertere.
- 75 Sacramentum Eucharistiae, necessitate imminente, nempe mortis periculo, licite potest post alios cibos sumi, non tamen consecrari.
- 76 Somnus non est de substantia digestionis, ut quis dicatur ieiunus, sed satis est, quod sit perfecta digestio, ad hoc, ut clericus celebrare possit sine digestionem.
- 77 Poena eorum, qui per ebrietatem aut voracitatem Eucharistiam euomunt.
- 78 Inebriari consuetus minime potest sacris ordinibus initiari.
- 79 Abstemia, hoc est, vinum non bibens, ad Sacerdotium promouendus non est.
- 80 Ebrius homicidium committens, an debeat poena mortis condemnari? & num. 15. seq.
- 81 Delinquere per ebrietatem, lata culpa est.
- 82 Ebrj si percuterent, plus punirentur quam sobri, quia pluries iniuriantur, secundum legem statutam a quodam Pythagorico: & quomodo hoc intelligatur, num. 103.
- 83 Ebrius omnino homicidium committens, non punitur poena ordinaria, sed mitiori: secus si ebrietas erat leuis: hodie iure Regio poena exily in quinquennium imponitur omnino ebrio pro homicidio, num. 87.
- 84 Ebrius non punitur propter culpam criminis ab eo commissi, sed propter ipsius ebrietatis causam.
- 85 Ebrietas modica non excusat neque minuit delictum, ut in exhilarato seu gaudente.
- 86 Inebriatus se malitiose, ut excusaretur a delicto, quod prius deliberauerat committere, poena ordinaria ple-tendus est, & num. 90. Idem in eo, qui post ebrietatem gloriat de delicto.
- 87 Is, qui data opera inebriatur, sciens se solum manus ad arma impelleret, homineque percuteret, cum inebriatus est, an poena ordinaria, vel extraordinaria ple-tendus sit? Resoluitur, quod extraordinaria Limitatur, num. 92. quando quis se consulto inebriatur, ut occideret quemdam.
- 88 Si aliquis absque eius culpa, dolo tamē alterius, inebriatus esset, & omnino inebriatus homicidium committeret, non tenebitur aliqua poena ob praedicti homicidium.